This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

FROM THE FUND OF
FREDERICK ATHEARN LANE
OF NEW YORK
Class of 1849

huius diei sollemnitate, oramus exoptamusque, ut in longum aevum munere Tuo honorum amorisque plenissimo fungare in alma hac Musarum sede Rhenana. Vale faveque.

Bonnae die II mensis Martii a. MDCCCLXXXIII

LVDOVICVS SEELBACH
PAVLVS WOLTERS
ROBERTVS MÜNZEL
FRIDERICVS KOEPP
FRIDERICVS MARX
RVDOLFVS HOYER
ERNESTVS PRAETORIVS
IVLIVS HÖPKEN
ALFREDVS GERCKE
FRANCISCVS WINTER
IOHANNES KEMKE
PAVLVS BRANDT
EDVARDVS PHILLIPS
CAROLVS SCHERER

Laetus exoptatusque, praeceptor carissime, omnibus viris humanioribus effulsit dies ille quo Tu ante haec quinque lustra summos in philosophia honores auspiciis optimis adsecutus es. Non mirabere igitur quod nos quoque, iuvenum societas a Te semper dilecta, pietatis nostrae et laetitiae publicum extare voluimus monimentum. Nostrum enim unusquisque expertus est, quanto animi candore Tu singulorum discipulorum studia fovere et amplecti soleas, quam indefessa benignitate et liberalitate semper nos docere sublevare erigere studeas, ita ut litterarum amoris illius, quo Tu totus exardescis, flammas nostris quoque animis incenderis et propinaveris. Benigne igitur hoc qualecumque opusculum accipias, si non doctrina rerumque copia perspicuum, certe animi documentum pientissimi. Gloriamur quod in discipulorum Tuorum numero nos quoque nominare licet, vota fausta nuncupamus pro Tua salute

Digitized by Google



~~G 971~~ G 971

HARVARD COLLEGE
MAY 18 1901
LIBRARY.

Lane fund

381

Digitized by Google



Digitized by Google

eruditionis copiam quam largissimam legentibus exhiberet. Ne temere me hoc statuere hac commentatione demonstrare nabor.

Alcestidis Euripidiae versui primo adscriptum est hoc sc lion[1]: Ἀπολλόδωρος δέ φησι κεραυνωθῆναι τὸν Ἀσκληπιὸν τῷ τὸν Ἱππόλυτον ἀναστῆσαι, Ἀμελησαγόρας δὲ ὅτι Γλαῦ Πανύασις ⟨δὲ⟩ ὅτι Τυνδάρεων, οἱ δὲ Ὀρφικοὶ ὅτι Ὑμέν Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ. Φερεκύδης ⟨δὲ⟩ τῇ ὀγδόῃ τῶν ἱστοριῶν τοὺς ἐν Δελφοῖς φησι θνήσκοντας αὖ ἀναβιώσκειν[2]. φύλαρχος δὲ διὰ τοὺς Φινείδας, Τελέσαρχος δι' Ὠρίωνα, Πολύαρχος δὲ ὁ Κυρηναῖος διὰ τὸ τὰς Προίτου θυ τέρας αὐτὸν ἰάσασθαι κεραυνωθῆναί φησιν.

Haec omnia plana et aperta. Unum Apollodori nomen d cultates creavit C. Roberto, qui novissimus quantum scio de l scholio disputavit. Sed antequam Roberti sententiam examine e re erit ceteros qui huc faciunt locos adponere.

Schol. Pind. Pyth. III 96: Λέγεται δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ δελεασθεὶς[4] ἀναστῆσαι Ἱπ-

[Apollod.] Bibl. III 10, 3, 10 Εὗρον δέ τινας λεγομέν ἀναστῆναι ὑπ' αὐτοῦ, Καπα

ἀτρύγετος, cl. Plutarcho Quaest. conviv. V 3, 1: Οὐ μὴν ἀλλὰ κατ' ἰδίαν Ποσειδῶνι φαίη τις ἂν τὴν πίτυν προσήκειν, οὐχ ὡς Ἀπολλόδωρος οἰ παράλιον φυτὸν οὖσαν κτλ. Totum autem locum ad Apollodorum referen esse singulorum enuntiatorum coniunctione artissima verisimile fit. Praet in fine aperte respicitur ad initium, ubi de Sini, Neptuni filio, actum πάντας δὲ εἰκότως τοὺς γενομένους ὑπερηφάνους καὶ γενναίους Ποσειδ παῖδάς φασιν οἱ ποιηταὶ εἰς τὸ τῆς θαλάσσης ἄγριον καὶ σταθερὸν ῥῦντες· ὅπερ καὶ Ὅμηρος ὑποδηλῶν λέγει· [Π 34] Γλαυκὴ δέ σε τίκτε λασσα Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής. Ea habes gra ticum philosophantem.

[1] Quae certa emendatione restituta erant emendata adposui; de bis ad

[2] Malim ἀναβιῶσαι cl. Palaephato c. 41.

[3] Non temere suspicatur Heyne margini olim haec adscripta fuisse. Apollodori quae fertur bybliotheca cf. C. Robert, De Apollodori bibliot Berol. 1873. Apollodori nomen quomodo huic libello inditum sit op explicuit H. Diels Mus. Rhen. XXXI 1876 p. 8.

[4] Χρυσῷ δελεασθεὶς verba e Pindaro

ἔτραπεν καὶ κεῖνον ἀγάνορι μισθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φα
ἄνδρα ἐκ θανάτου κομίσαι
ἤδη ἁλωκότα

addita sunt a scholiasta.

Ὑμέναιον, Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ, οἱ δὲ διὰ τὸ〉[1] τὰς Προιτίδας ἰάσασθαι, ἡ δὲ διὰ τὸν Ὠρίωνα. Φύλαρχος δὲ〉 ὅτι τοὺς Φινείδας ἰάσατο, Περεκύδης δὲ ὅτι τοὺς ἐν Δελφοῖς θνήσκοντας ἀναβιοῦν ἐποίησεν.

λέγει, Τυνδάρεων, ὡς φησι Πανύασις, Ὑμέναιον, ὡς οἱ Ὀρφικοὶ λέγουσι, Γλαῦκον τὸν Μίνωος, ὡς Μελησαγόρας λέγει[2].

Adiunge Philodemum περὶ εὐσεβείας p. 52 Gomperz:

Ἀσκληπι[ὸ
ν δὲ Ζε]ὺς ἐκεραύνωσεν, ὡς μ]ὲν ὁ τὰ Ναυπακτι]κὰ συνγράψας κά]ν Ἀσκληπιῶ[ι
Τελ]έστης καὶ Κεινησίας] ὁ μελοποιός, ὅτι τὸ]ν Ἱππόλυτον παρα]κληθεὶς ὑπ' Ἀρτέμι]δος ἀνέστ[η]σεν, ὡς δ' ἑ]ν Ἐριφύλῃ Σ[τησίχορ]ος, ὅτι Κα[πανέα καὶ Λυ]κοῦρ[γον[3]

Hi loci omnes ita comparati sunt, ut tantum non caecutire studiosus sit qui eos ex uno eodemque fonte fluxisse neget. Et quam arte inter se cohaereant exemplo sat gravi demonstrari potest.

Naupactiorum poeta plerumque audit ὁ τὰ Ναυπάκτια ποιήσας vide Philod. π. εὐσ. p. 17 G.[4] et Kinkelii FEG fragmenta 2—5]

---

[1] Addidi τὸ et bis particulam δὲ.

[2] Inter Ἀμελησαγόρας et Μελησαγόρας fluctuare solent libri; cf. Müller FHG II 21.

[3] Quae sequuntur litterarum fragmenta

ΑCΤ
ЄΩΝ
ΤΟΙ

subabilliter sed non certo supplevit Gomperz [ὡς | δὲ Πανύ]ασσ[ις ὅτι Τ|υν|δ]αρεων.

[4] Ibidem p. 18, 1 G. apte restitui posse videtur
ὁ [τὰ Ναυπάκτια
ποήσα[ς

Digitized by Google



ut schol. Hom. Υ 0 336 cf. Apoll. Lex. Hom. p. 57 sq. Bekk.
Apollodorum ὁ τὰ Ἀρτολικά
— inveniatur
autem et Apollodorum
quod magis in scriptorem
uti mihi licet —
Ἀρτολικά
Consentiam
Σησίχορος
Philo
Nau
Apoll
Pind
Cur Apo
pro Apollo
idem
Apollodorus
scholiasta
Euripidis
Ἀνδρομάχη
Ἀνδρομάχη
Ἀνδρομάχη



Digitized by Google

Sed possumus nostram sententiam alia ex parte fu
bilire. Omnes enim scriptores qui in catalogo adlegantur
dori aetatem vixisse aut certis testimoniis constat au
videtur. De aetate Naupactiorum poetae (Cinesiae
Stesichori, Panyassidis non est cur loquamur; idem ca
lesagoram — cf. Vossius, De histor. gr. I 22 West. —
recydem. Phylarchus Ptolemaei Euergetae et Philopat
ribus floruit. De Telesarcho et Polyarcho Cyrenaeo vel
lyantho, si Sexto credere mavis, non constat [1], Apollo
eos vetustiores esse verisimillimum est. Nemo autem his
culapii, cur a Iove interfectus sit, non ἐν παρέργῳ tan
qui data opera in varias fabulas inquirerct et poetaru
rumque testimonia conligeret non fuit nisi Apollodorus.

Teneamus igitur nostrum Apollodorum. Iam catal
si intento animo perlegeris statim animadvertes certo o
quam hic illic turbato singula testimonia sese excipere:
fabulae formis ad recondilas adscendimus, itemque
pedestris orationis scriptores. Quem ordinem fortuitum
putabit sed certo consilio factum. Atque cum vix unum
loco removeatur necesse sit, ut pristina catalogi forma
et in clariore luce ponatur, non timeo ne nimis seduli
mur, si hoc modo catalogum restituere conabimur. Ita
spicientibus nobis quemnam hac in re ducem eligamu
sese obferunt Philodemus et Apollodorus personatus,
longe vetustissimus est, genuini sermonis umbram serva
cf. p. 5.

Ἀσκληπιὸν δὲ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν, ὡς μὲν ὁ τὰ
συγγράψας κἀν Ἀσκληπιῷ Τελέστης καὶ Κινησίας [2] ὁ
ὅτι τὸν Ἱππόλυτον παρακληθεὶς ὑπ' Ἀρτέμιδος ἀνέστη
Sequitur deinde apud schol. Alc. 1 Amelesagoras, que

---

[1] Utrum e Sexto Πολύανθος an e scholiasta Euripidio corrigendum sit dubitari potest. Ego malim Sextum sequi, qui a titulum exhibet, praesertim cum Πολύαρχος apud schol. Alc. e T mine, quod antecedit, natum esse videatur; cf. Vossius, De hist sq. West.

[2] Non possum credere 'rectissime' Wilamowitzium, *Z logie* I p. 21 adn. 28 — Robert p. 58 adn. 3 Wilamowitzii se bene exaggeravit — observasse Philodemum Cinesiam et Tele addidisse, id quod a Philodemi studiis prorsus abhorret. Praete illorum par apud Philodemum non raro invenitur cum ipsa dis tissimo vinculo coniunctum, ut mira constantia eorum testimonia posuisse philosophus Epicureus putandus sit.

Digitized by Google

adsignat.

ὡς δ' ἐν Ἐριφύλῃ Στησίχορος ὅτι Καπανέα καὶ Λυκούργον[1], Philodemus nunc dimittendus est, et ad Apollodorum et scholiastas confugiendum. Utar in sequentibus scholiastae Euripidii sermone.

Πανύασσις δὲ ὅτι Τυνδάρεων[2], οἱ δὲ Ὀρφικοὶ ὅτι Ὑμέναιον, Ἀμελησαγόρας δὲ ὅτι Γλαῦκον ⟨τὸν Μίνωος⟩[3].

---

[1] Apud scholiastam Pindari rectius legitur Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ. Idem paullo antea exhibet ἕτεροι ⟨δὲ⟩ Καπανέα, quibus verbis potest vera doctrina subesse, sed malim illud ἕτεροι δὲ Καπανέα ut meram dittographiam delere.

[2] Cf. Aeneas Gazaeus Θεοφρ. p. 71 Boiss.: Ὑμεῖς γάρ, εἰ τὸν Γλαῦκον τὸν Μίνωος ἀποκτιγέντα τῷ μέλιτι Πολύειδος ὁ μάντις ἐξ Ἄργους εἰς Κρήτην φερόμενος ἀναστῆσαι λέγοιτο παρὰ τοῦ δράκοντος μαθὼν τὴν πόαν, ἀβασανίστως δέχεσθε, καὶ ὅτι τὸν Ἱππόλυτον ὁ Ἀσκληπιὸς ἢ τὸν Τυνδάρεων (λέγεται γὰρ καὶ τοῦτο) καὶ ὡς τὴν Ἄλκηστιν Ἡρακλῆς καὶ τὸν Θησέα καὶ † Τύμωνα (l. Τύμωλον) τὸν Λυδὸν καὶ Τιμοσθένην τὸν Ἀθηναῖον Ἐδόξαν † τῷ τοιαῦτα συγγράφοντι πείθεσθε.

[3] Etiam alibi memoriae traditur Glaucum Minois filium ab Aesculapio vitae redditum esse: cf. Hygin. astron. II 14 p. 51, 21—52, 5 Bunte: 'Nonnulli Glaucum Minois filium eius (scil. Aesculapii) opera revixisse dixerunt. Pro quo ut peccato Iovem domum eius fulmine incendisse, ipsum autem propter artificium et Apollinem eius patrem inter sidera anguem tenentem constituisse. Ut quidam dixerunt, hac de causa anguem dicitur tenere, quod cum Glaucum cogeretur sanare, conclusus quodam loco secreto bacillum tenens manu, cum quid ageret cogitaret, dicitur anguis ad bacillum eius adrepsisse: quem Aesculapius acute commotus interfecit bacillo fugientem feriens saepius. Postea fertur alter anguis eodem venisse ore ferens herbam et in caput eius imposuisse; quo facto utrosque loco fugisse. Quare Aesculapium usum eadem herba et Glaucum revixisse. Itaque anguis et in Aesculapii tutela et in astris dicitur conlocatus.' Hygini verba 'pro quo ut peccato' usque ad 'anguem tenentem constituisse' ex Eratosthene desumpta sunt, cf. Roberti Eratosth. p. 71, cetera aliena. Totam autem Hygini narrationem ex Ovidii Fastor. VI 750 sqq. versibus male intellectis

profuerant Glauci manibus illa (sc. gramina) prius
tunc cum observatas augur descendit in herbas
usus et auxilio est anguis ab angue dato

natam esse Merkel putavit, quem cum Robert recte refutaverit et quod inter Hyginum et Ovidium discrimen intercederet exposuerit Eratosth. p. 233, acta agere nolo. Attamen nonnulla addere iuvat. Primum serpentarius cur anguem teneat Hyginus rationem reddere studet, id quod ab Ovidii consilio prorsus abhorret, neque ex brevissimis eius verbis — si omnino duo illi ver-

Digitized by Google

Quod sequitur apud schol. Alc. Pherecydis testimonium utrum hic inserendum sit an in finem cum scholiasta Pindarico reservandum non multum refert. Fateor tamen scholiastae Pindari rationem unice adridere, cum Pherecydis historiola valde discrepet a ceterorum narratione, qui aut hominem certum aut familiam ab Aesculapio sanatam tradunt. Propterea Pherecydi aptissimum locum in fine catalogi inveniemus.

Φύλαρχος δὲ διὰ τοὺς Φινείδας,

Cf. Sextus: Φύλαρχος δὲ ἐν τῇ ἐννάτῃ διὰ τὸ τοὺς Φινέως υἱοὺς τυφλωθέντας ἀποκαταστῆσαι, χαριζόμενον αὐτῶν τῇ μητρὶ Κλεοπάτρᾳ τῇ Ἐρεχθέως.

Τελέσαρχος δὲ δι' Ὠρίωνα,

Cf. Sext.: Τελέσαρχος δὲ ἐν τῷ .. Ἀργολικῶν, ὅτι τὸν Ὠρίωνα ἐπεβάλετο ἀναστῆσαι.

Πολύανθος δὲ ὁ Κυρηναῖος[1] διὰ τὸ τὰς Προίτου θυγατέρας αὐτὸν ἰάσασθαι κεραυνωθῆναί φησιν,

Cf. Sext.: Πολύανθος δὲ ὁ Κυρηναῖος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀσκληπιάδων γενέσεως ὅτι τὰς Προίτου θυγατέρας κατὰ χόλον Ἥρας ἐμμανεῖς γενομένας ἰάσατο.

Φερεκύδης ⟨δὲ⟩ ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν ἱστοριῶν τοὺς ἐν Δελφοῖς φησι θνήσκοντας αὐτὸν ἀναβιῶσαι[2].

Hoc fere ordine catalogum constitisse puto, quamquam non spondeo, in altera parte, qua pedestris orationis scriptores recensentur, ubique quod verum est me vidisse. Nimis enim quaestio impedita est, quoniam cum scholiastis agitur. Restat ut de Sexto pauca addam. Omisit Sextus Naupactiorum poetae testimonium, quem sine dubio adlegavisset, si accuratius fonte suo uti voluisset, contra Staphylum commemorat, qui ἐν τῷ περὶ Ἀρκάδων de Aesculapio dixerat ὅτι Ἱππόλυτον ἐθεράπευσε φεύγοντα ἐκ Τροιζῆνος κατὰ τὰς παραδεδομένας κατ' αὐτοῦ ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις φήμας, ubi postrema verba nihil aliud significant nisi *secundum poetarum tragicorum narrationes*. Videtur igitur Staphylus memoriae tradidisse vivum Hippolytum ab Aesculapio sanatum esse, ut erat

---

siculi, quibus de angue agitur, genuini sunt, cum aliis equidem valde dubito, cf Kalkmann, De Hippolytis Eurip. p. 60 — totam historiolam expiscari minime licuit. Aliud deinde discrimen est, quod apud Hyginum salutifera herba ab angue imponitur anguis capiti, Ovidius tacet. Idem cadit in bacillum illud, quod gestat Aesculapius. Sed satis harum minutiarum. Apparet ex Ovidio non pendere Hyginum, immo proprium sequi auctorem.

[1] Cf. quae p. 7 adn. 1 disputavi.

[2] Cf. p. 3 adn. 2.

Cornutus p. 49, 5: τὸν Πᾶνα, ἐπειδὴ τῷ παντὶ ὁ αὐτός ἐστι, neque inutile videtur omnes qui huc faciunt locos in unum conspectum congerere, quamquam viris doctis non ignoti sunt. Agmen ducat scholiasta Lucani ad III 402 [Comment. Bernens. p. 110sq. Us.]: 'Pindarus et ca⟨e⟩teri[1] dicunt Apollinis et Penelop⟨a⟩e filium (Pana), alii Mercurii et eiusdem. Hunc natum montanis nimfis a patre nutriendum traditum perhiben⟨t, un⟩de hylicus deus factus. Euphorion Ulixis filium manifestat. Nonnulli quidem sine origine hunc deum tradiderunt sicut Apollodorus.' Lucani scholiastae adiungo scholia Theocritea

Schol. Theocr. id. I 3 [II p. 34]:

Τὸν Πᾶνα οἱ μὲν λέγουσιν υἱὸν Πηνελόπης καὶ πάντων τῶν μνηστήρων, καὶ διὰ τοῦτο λέγεσθαι καὶ Πᾶνα· Ἐπιμενίδης δὲ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ[2] Διὸς καὶ Καλλιστοῦς Πᾶνα καὶ Ἀρκάδα διδύμους[3]· Ἀρίστιππος δὲ ἐν τῷ α' Ἀρκαδικῶν[4] Διὸς καὶ Νύμφης Οἰνηίδος[5]. Οἱ δὲ λέγουσι· διὰ τοῦτο Πάν, ὅτι † τῆς ὥρας ἐστὶ σημεῖον [τουτέστι] τοῦ παντός, ὅθεν κυρίως προσαγορεύεται Πάν[6].

Schol. Theocr. id. I 3 cod. Ambros. 222 ed. Ziegler:

Τὸν δὲ Πᾶνα οἱ μέν φασιν υἱὸν Πηνελόπης καὶ πάντων τῶν μνηστήρων καὶ διὰ τοῦτο λέγεσθαι καὶ Πᾶνα· Ἐπιμενίδης δὲ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτο^[7] Διὸς καὶ Καλλιστοῦς Πᾶνα καὶ Ἀρκάδα διδύμους· Ἀρίστιππος δὲ ἐν τῷ α' Ἀρκαδικῶν Διὸς καὶ Νύμφης Οἰνηίδος. Οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι διὰ τοῦτο Πὰν καλεῖται, ὅτι † τῆς ὥρας ἐστὶ, σημεῖον δὲ τοῦ παντός, ὅθεν κυρίως προσαγορεύεται Πάν.

---

[1] *Pindarus et Hecataeus* Usener, *Pindarus &cateri* C.

[2] ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ verba ne graece quidem dicta sunt et interpolatori fortasse debentur.

[3] Non recte Ahrens, quem secutus est Kinkel FEG I p. 236, versum procudit

Πᾶνα καὶ Ἀρκάδιον διδύμους.

Vellem formam Ἀρκάδιον iustis exemplis confirmasset.

[4] Legebatur ἐν τῷ Ἀρκαδικῷ quod probabiliter correxit Toupius.

[5] Vide quae de hoc loco Ahrens in Adnotatione II p. 461 disputavit.

[6] Novissima verba variis coniecturis velut ὅτι τῆς σφαίρας ἐστὶ σημεῖον vel τοῦ ἀέρος, quorum auctores vide apud Ahrensium, temptata sunt; Ahrens ipse coniecit ὅτι τῆς φορᾶς ἐστι σημεῖον τοῦ παντός, cui non melius emendationem successisse puto. Primum enim obstat codicis Ambrosiani lectio σημεῖον δὲ τοῦ παντός; deinde Panis insignia et munera omnia minime motum qui est in rerum natura significant, ut putat Ahrens; neque iteratio eorundem fere verborum, ὅτι διὰ τοῦτο Πὰν καλεῖται et ὅθεν κυρίως προσαγορεύεται Πάν in uno eodemque enuntiato tolerabilis esset: immo haec ipsa iteratio suadere videtur, ut verba tradita in duo cola dirimamus; sub

Digitized by Google

it, si totum catalogum in integrum
ı' enim de origine catalogi eiusque
ɔnstet necesse est[1]. Qua in quae-
iscendum est, qui conlato scholio
τὸν δὲ Πᾶνα οἱ μὲν Πηνελόπης
δὲ Διὸς καὶ Καλλιστοῦς, ἕτεροι
ηίδος] ἔνιοι δὲ Οὐρανοῦ καὶ Γῆς[2]
iubet: τὸν Πᾶνα οἱ μὲν Πηνελό-
ɔασιν, οἱ δὲ Καλλιστοῦς. καὶ Διὸς
α καὶ Ἀρκάδα, μίαν δὲ θυγατέρα,
ılo omine Vaterus[3], quem permulta
non opus est pluribus exponere,
sibi elegit. Nam si scholion Theo-
et id quod idyllii I versui 3 ad-
verimus, statim adparebit sub illis
Epimenidem ipsum latere. Atque
a Rhesi commentatore commemo-
ɔῦς καὶ Διὸς παῖδας γεγενῆσθαι
ateri opinio corruat necesse est.
catalogo eiusdem scriptoris testi-
s, id quod fieri nequit. Improbato
ɛmnam ducem eligere debebimus?
ium esse ego puto, qui cum ne-
ıue turbati, genuini catalogi um-
quam ob rem hos in redintegranda

paucis verbis mutatis apud scho-
Pindarus ex Apolline et Penelopa
sic redeunt apud Rhesi commen-

ı Πηνελόπης,

όπης φασι·

is fuse demonstrare supersedeo, omnes
oris esse et eiusdem catalogi membra

7 Z.: τὸν δὲ Πᾶνα οἱ μὲν Πηνελόπης
Καλλιστοῦς, ἕτεροι ⟨δὲ⟩ Αἰθέρος καὶ
ıde apparet rectissime Iacobsium verba

ı librum inspicere non licebat, ex ad-

Digitized by Google

...ὀτόν φησι . . . , τραφέντα παρ' ἐκεί-
...σέως καὶ Πηνελόπης) ὡς καὶ Εὐφορίων[1].
...Apollodori testimonio scriptores latinos dimitta-
...cholia Theocritea transitum faciamus. Atque primum
Epimenides adlegatur[2]
Ἐπιμενίδης δὲ Διὸς καὶ Καλλιστοῦς Πᾶνα καὶ Ἀρκάδα
διδύμους,
quocum consentit Rhesi scholiasta. Iam licet ea verba quae initio
scholii leguntur, quaeque antea intacta reliquimus adgredi. Sunt
autem haec

Καλλιστοῦς καὶ δύο παῖδας γενομένους, ἀφ' ἧς ὄρος
Κυλλήνης.

Primo obtutu tanta cum Epimenidis testimonio quod sequitur si-
militudo cernitur ut de origine dubitari non possit. Sunt mera dit-
tographia testimonii Epimenidii paullo aliter conformati fortasse in
hunc modum Ἐπιμενίδης δέ φησι διδύμους εἶναι Πᾶνα καὶ Ἀρ-
κάδα Καλλιστοῦς καὶ Διὸς[3] παῖδας γενομένους. Quae restant verba
ἀφ' ἧς τὸ ὄρος Κυλλήνη[4].— sic enim corrigendum est — sine
dubio consociata fuerunt cum Callistus historia; sed quomodo hoc
factum fuerit ne divinare quidem possumus. Nemo enim opinor
comprobabit quod Vaterus olim lusit. Sane montem Cyllenium a
Pane adamari e venusto illo Aiacis Sophocleae carmine v. 695 sqq.
scimus. Confiteor non magnum fructum ex hac argumentatione re-
dundasse, at tamen aliquid discimus: videtur enim Epimenidis
testimonium non suo loco lectum fuisse, cum bis in eodem cata-
logo compareat, et si scholiastam Theocriteum sequimur, qui ante
Aristippum, cui respondet Ariaethus, eius narrationem inserit, apud
Rhesi commentatorem aptissime vati Cretensi pseudonymo ante
Ariaethum locum invenimus. De Aristippo et Ariaetho atque Mnasea
eschyloque non habeo quod addam. De Rhesi igitur scholio satis-
Paullo altiora canamus. Iam supra significavi omnes scholiasta-
locos quos exscripsi et graecorum et latinorum pro uno cata-
habendos esse. Quod quam vere dictum sit hac ipsa re de-

a Penelopae filium Euphorio non dixit: sed incidit in Ulixem
atrem noverat Penelopam.
imenide eiusque scriptis subditiciis docte egit Hiller, Mus.
1878 p. 525 sqq.; cf. Robert, Eratosth. p. 241 sqq. et in
pro δύο.
rip. Or. 1647: γυναῖκα δὲ ἀγαγόμενος ἐπιχωρίαν Κυλ-
ἀφ' ἧς τὸ ὄρος οὕτω καλεῖται, υἱὸν ἔσχε Λυκάονα κτλ.

potest, si examinamus, omnes ante Apollodorum vixisse adparet, idemque in reliquos, quorum de aetate non constat, cadere summa cum probabilitate contendere possumus. Denique quod scholiastae Vergilii et Lucani in fine catalogi Apollodoro testimonium denuntiant secundum aureum Ritschelii praeceptum optime sic explicatur, ut totius catalogi fontem fuisse Apollodorum statuamus. Atque Rhesi commentatorem — Didymum opinor — bene novisse Apollodori περὶ θεῶν libros inde cogitur quod et alibi et in hoc ipso scholio Apollodorum laudat, qui locus fugit Heynium Müllerumque, Apollodori editores.

Transeo ad novam quaestionem solvendam, quam antea intactam reliqui. Cum ipsa enim Apollodori mentione apud scholiastam Vergilii et qui proxime ad eum accedit Theocritum ab Ahrensio non bene tractatum allegorica de Pane disputatio coniuncta est, qua dei insignia ad mundi similitudinem conformata esse docetur. Qui obiter haec inspexerit prorsus abiciet, cum simillimae sint philosophorum Platonicorum nugae, quarum numerum non parvum e Suida aliisque congerere possumus. At obstat argumentum gravissimum. Apud Cornutum, quem Stoicorum opiniones satis puras conservasse scimus neque raro Apollodori vestigia pressisse alibi comprobare conatus sum, eadem fere de Pane iisdem verbis enarrata inveniuntur[1], p. 49 sq. L. Τοῦτον εἶναι καὶ τὸν Πᾶνα, ἐπειδὴ τῷ παντὶ ὁ αὐτός ἐστι. καὶ τὰ μὲν κάτω λάσια καὶ τραγώδη διὰ τὴν τῆς γῆς δασύτητα ἔχειν, τὰ δ' ἄνω ἀνθρωπόμορφα διὰ τὸ ἐν τῷ αἰθέρι τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ὃ δὴ λογικόν ἐστι[2] .... νεβρίδα δὲ ἢ παρδαλῆν αὐτὸν ἐνῆφθαι διὰ τὴν ποικιλίαν τῶν ἄστρων καὶ τῶν ἄλλων χρωμάτων ἃ θεωρεῖται ἐν αὐτῷ. συρικτὴν δὲ εἶναι τάχα μὲν διὰ τὸ ὑπὸ παντοίων ἀνέμων διαπνεῖσθαι κτλ. Atque Cornuti non parva auctoritate commovemur, ut Stoicos quoque ita nugatos esse credamus, neque magno opere refragabor, si quis

[1] Vide etiam Mythogr. Vat. I c. 127 p. 40 sq. Bode (Mythogr. Vatic. III c. 8, 2 p. 200 B.) Serv. ad Verg. ecl. II 31, Philargyr. ibid., schol. Opp. Hal. III 15. cf. Ahrens in Adnot. p. 461 sq.

[2] Quae secuntur λάγνον δὲ καὶ ὀχευτὴν αὐτὸν παρεισάγεσθαι διὰ τὸ πλῆθος ὧνπερ εἵληφε σπερματικῶν λόγων καὶ τῶν κατὰ σύμμιξιν ἐξ αὐτῶν γινομένων. ἐν ταῖς ἐρήμοις δὲ διατρίβειν μάλιστα τῆς μονότητος αὐτοῦ διὰ τούτου παρισταμένης· εἷς γὰρ καὶ μονογενὴς ὁ κόσμος ἐστί. τὰς δὲ Νύμφας διώκειν, ἐπειδὴ χαίρει ταῖς ἐκ τῆς τῆς ὑγραῖς ἀναθυμιάσεσιν, ὧν χωρὶς οὐδ' οἷόν τ' ἐστὶν αὐτὸν συνεστάναι· τὸ δὲ σκιρτητικὸν αὐτοῦ καὶ πηκτικὸν τὴν ἀεὶ κίνησιν τῶν ὅλων ἐμφαίνει huc non faciunt.

statuit non comprobavit argument
mortem etiamnunc lugemus, in l
scio, eadem fortasse qua nos quoq
mam sententiae spectas, iudicavit.
omnia ex Apollodori thesauro co
nonnullos catalogos adcurate exar

Velim perlegas p. 31 G., ut
ego ipse persuasum habeo.

(Ζεὺς) τὴν κε
ἢ]ν ὑ[π]ὸ Ἡφ
δ]ιαιρεῖται, κα
ἐ τ]ὸν Εὐμολπ
. . . . . .
. . . . . .
. . . . ὑπ
ν]ος· ἔνιοι δ'
παραδεδώκασι
καὶ τῶν ἀρχαί
νὲς δημιουργῶ
τοῦτον παρεσ[
τα τῷ Διὶ πο
πέλεκυν ἔχον[
θάπερ ἐν τῷ
Χαλκιοίκου[2].

Cum Philodemo ita concinit schol
fonte — Apollodoro — utrumque

1 οἱ μὲν Παλαμάονα λέγου
ὅτε Ἀθηνᾶ ἐγεννᾶτο· οἱ δὲ Ἑρμῆ
δὲ ὑφίσταται τὴν γέννησιν Ἀθην

---

[1] Vide eundem Bergkium ad Stesi
Cf. Aug. Guttmann, De hymn. Hom. (G

[2] Charta haec exhibet

. . ⁻ONEYMCA
. . . . ΘΕΝΤ/. .
. . . INYTTO κτλ

quae Sauppe sic supplevit: κατὰ [δὲ] τ
[οὐσ]ιν ὑπὸ Παλαμά[ονος, Nauck: κ. δ
Εὐμόλ]πο[υ ἕπη] ὑπὸ Παλαμά[ονος, Gc
σ]ιν; ποιητήν in fine adgnoscit Bächele

[3] Hinc inlustrandus Pausanias II

[4] Ἀριστοκλῆς Böckh e Vrat. D

Quinam scriptor sub Philodemi verbis ἔνιοι δ' ὑφ' Ἑρμοῦς lateat cognoscimus e scholio Pindarico. Est Sosibius Laco [cf. Müller FHG II 625], non ignobilis grammaticus et historicus, qui Ptolemaei Philadelphi temporibus florebat. Unus Musaeus aut Eumolpus explicatione indiget. Musaeum nominat Pindari scholiasta, Eumolpum, si fides habenda sit viris doctis, qui litterarum apices Εὐμολπ in hunc modum suppleverunt, Philodemus. Facillime sane haec difficultas removeri possit, si statuamus et Eumolpum et Musaeum ab Apollodoro commemoratos fuisse. Atque exstat Eumolpi versiculus a Diodoro I 11, 3 servatus a Kinkelio omissus

τῶν δὲ παρ' Ἕλλησι παλαιῶν μυθολόγων τινὲς τὸν Ὄσιριν Διόνυσον προσονομάζουσι καὶ Σείριον παρωνύμως· ὡς Εὔμολπος μὲν ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσί φησιν

ἀστροφαὴ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν.

Fuerunt igitur qui Eumolpi quoque personam induerent et sua carmina vatis vetustissimi nomine exornarent. Quam ob rem ab hac parte de Eumolpo scriptore dubitare non licet. At tamen persuasum habeo aliquo modo a Philodemo Musaeum indicatum fuisse. Atque cum Musaeus et Eumolpi filius esse dicatur — cf. Laert. Diog. I prooem. § 3 — et Εὐμολπίαν scripsisse, de qua pauca tradit Pausanias X 5, 6 cf. Kinkel FEG I 223, fr. 1, inde fortasse emendationis subsidia repetenda sunt. Sed quocunque modo de Eumolpo et Musaeo iudicas, non tantum esse quod inter Philodemum et scholiastam Pindaricum intercedit discrimen ut alterutrum alium auctorem secutum statuamus, immo utrumque Apollodori copiis usum esse lubentissime concedes.

Huic catalogo similes sunt apud Philodemum multi fortasse Apollodorei, praesertim si rarae memoriae poetae commemorantur velut Cinesias et Telestes. Quod tamen, quia coniectura tantum nititur neque scholiorum comparatione confirmari potest, non amplius persequor et in contrariam sententiam disputare malim. Quid

---

nat. III 23 § 57, qui idem enchiridion graece conscriptum quod Clemens sed recensionem vetustiorem adhibuit, quattuor tantum noverit. Vides etiam hac ex parte Böckhii de Aristoclis aetate sententiam egregie confirmari. Contra recensione Aristoclea utitur Ampelii lib. mem. c. 9 auctor latinus fortasse Nigidius. Praeterea eiusdem compendii fragmina inveniuntur apud Cicer. de deor. nat. III 16, 42; III 21—24 §§ 53—61; Lyd. de mens. IV pp. 82. 89. 94. 95. 105. 125 Schow.; Serv. ad Verg. Aen. I 297, IV 577. cf. Mythogr. Vat. II 41 [I p. 88 sq. Bode], Luct. Plac. ad Stat. Theb. IV 482 cl. O. Iahn Mus. Rhen. IX 1854 p. 627.

Digitized by Google

ἀλλὰ [δ]ὴ καὶ
νοσοῦντα πεποι-
ήκασι τ[ὸν] Ἡρακλέ-
α κ]αὶ τὴ[ν Λητ]ὼ [κ-
ατ]ὰ τὰς [ὠδῖ]νας (?)
κ]άνακ[τα θε]ῶ[ν
ὁ . . . . . τὸν
Δία, τὸν [δ]' Ἡρακλέ-
α καὶ μά[λ'] ἀκατά[σ-
χετον, [ὡς] Σοφο-
κλῆς [καὶ Ε]ὐριπί-
δης, κ[αὶ τὸ]ν Διόνυ-
σον, ὡ[ς Ἀχ]αιὸς ἐν Ε[ἰ-
ριδει σατ[ύρ]οις καὶ
Φερ]εκ[ύδης ὁ] Ἀθη-
ναῖ]ος.

Aperte in hunc finem ista testimoniorum conlectio facta est ut vanae plebis de dis opiniones inriderentur et quam turpia et inhonesta poetae commenti essent ostenderetur. Talia apud Apollodorum inveniri non poterant, nisi forte statuis, quod sane absurdum est, has nugas eum conlegisse, ut poetarum fabulas reiceret et suam ipsius philosophiam commendaret. Porro quid huic Philodemi loco facies? num Apollodoro vindicabis?

p. 42 G.

λέγουσιν [δέ τι-
νες, οὓς καὶ Μέ[νανδ-
ρος παραινί[ττε-
ται, κα[ὶ τ]ὴν Ἑ[κάτην
ὀπαδὸ[ν Ἀρ]τέ[μιδος
εἶναι, Δήμη[τρος
δὲ λάτριν Εὐρι[πίδης,
Ὅμηρος δ' ἐν [τοῖς
ὕμ]νοις πρόπ[ολον
καὶ [ὀπ]άονα [1] . . . .
. . . . δὲ τροφ[ὸν
. . . . δὲ τὴ[ν αὐτὴν
χρυσοφαῆ θερ[άπαι-

[1] Quae secuntur Bücheler supplevit Σοφοκλ]ῆς δὲ τροφ[όν, ἐν Σικυ]ῶνι δὲ τὴ[ν αὐτὴν] χρυσοφαῆ κτλ.

Digitized by Google

ν]αν Ἀφροδείτ[ης.
παρ' Ὁμήρῳ δὲ [Πρω-
τ]εύς ἐσ[τι] Ποσ[ειδ-
ῶ]νος ὑπ[οδμώς· πα-
ρὰ δὲ τῷ ποή[σαν-
τι τὴν Δαναΐ[δα
μητρὸς τῶν θ[εῶν
θ]εράπον[τ]ες [Κου-
ρῆτες· Στησ[ίμβρο-
τος δὲ Ἄρτεμ[ιν αὐ-
τῆς καὶ Ἀθην[ᾶν
ὀπαδού[ς.

Quo tendat hic catalogus in aprico est. In eundem finem atque is quem p. 36 G. legimus compositus est: nempe ut vanae vulgi opiniones inriderentur, quod deos deis servire putaret. Dimicat non docet qui hanc testimoniorum seriem contexuit. Neque possumus iustam et idoneam causam invenire qua commotus talia operi suo Apollodorus inseruerit. Concedo tamen quaestionem ad finem nondum perductam esse. Solvet eam qui mecum p. 17 G. inspexerit et examinaverit.

τὸν Ἀσκλ[ηπιὸν δ' ὑ-
πὸ Διὸς κε[ραυνω-
θῆναι [1] γέγρ[αφεν Ἡ-
σίοδος καὶ [Πίνδ-
αρος (?) [2] καὶ Φε[ρεκύδης
ὁ Ἀθηναῖος [καὶ Πανύ-
ασσις (?) [2] καὶ Α.....[4]
καὶ Ἀκουσ[ίλαος καὶ
Εὐριπίδ[ης .....
λέγει Ζ[εὺς γὰρ κα-
τ]ακτὰς πα[ῖδα τὸν
ἐμόν' καὶ ὁ τ[ὰ Ναυ-
πάκτια ποι[ήσας
καὶ Τελέστ[ης ἐν Ἀσ-
κληπιῷ

---

[1] Gompertz κεραυνωθῆναι supplevit, cum charta aperte praebeat Κ[, quibus litterarum apicibus nihil aliud subesse potest nisi verbum aliquod cum praepositione κατά compositum.

[2] ΔΡΟC charta exhibet

[3] ΔΟCIC legitur in papyro.

[4] Ἄ[νδρων restituit Gompertz. Nauck.

Digitized by Google

eatem fere bis tractanda erant. Auctorem igitur ab Apollodoro diversum adgnoscimus. Sed quaestio ad liquidum nondum perducta est. Putasne tam rarae memoriae poetas velut Naupactiorum auctorem, Panyassidem, si re vera eius nomen latet, Telestem a scriptoribus diversis adhibitos esse? De Naupactiorum poeta et fortasse de Panyasside hoc concedo, de Teleste non concedo. Poeta ille rarissime lectus uni Apollodoro vindicandus est. Quid igitur? non possumus hunc, qui p. 17 G. extat, catalogum Apollodoro adsignare, attamen Apollodoreae doctrinae vestigia insunt. Audio te dicentem, ex duobus catalogis, altero Apollodoreo, eum conflatum esse novamque seriem testimoniorum post Euripidem incipere. Crederem te recte iudicasse, nisi duo obstarent argumenta. Primum quod Pherecydes et Panyassis, qui apud Apollodorum quoque comparent — vide quae p. 8 sq. disputavi — initio catalogi commemorantur, deinde quod non satis credibile videtur, Philodemum hunc catalogum nescio unde desumpsisse, postea Apollodorum evolvisse, quem nonnullarum paginarum spatio interiecto iterum exscripserit. Itaque sic concludendum est, Philodemi auctorem e pannis Apollodoreis sua consuisse; et multi Philodemi catalogi ad illum referendi sunt. Alibi philosophus Epicureus, quamquam ipsius Apollodori opere non usus esse videtur, tamen scriptorem adhibuit qui prorsus ex Apollodoro pendet, eiusque frustulis disputationem exornavit velut p. 52. Atque bene cognitos habebat grammatici Atheniensis libros, non solum Chronica, quae saepe usurpavit [1], sed etiam, ut par erat, περὶ θεῶν opus. Cf. Philod. περὶ εὐσεβείας p. 64 G.

Sed vela contrahenda sunt. Quivis enim intellegere potest, qui fructus ad historiam fabularem Graecorum cognoscendam redundet, si quae dixi recte disputata sunt. Si minus, satis laudis adsecutus esse mihi videbor, si non turpiter me errasse viri docti iudicaverint.

---

[1] Cf. e. gr. Philodem. περὶ φιλοσόφων [voll. Hercul. collect. prior t. VIII] col. XI

ἀλ[λὰ] τά γε πλε[ίσ-
τα τῆς [Σ]τοᾶς ἀειολόγως τὴ[ν
ἀ[ρχὴ]ν ἔλαβεν διὰ Ζήνων[ος
οἵ τε Στωικοὶ [π]άντε[ς] ὡς εἰπεῖν
τὰ πρωτεῖα τῆς ἀγωγῆς ἀπο-
νέμου[σιν αὐ]τῷ καὶ μετὰ
τούτων [ὁ τοὺς τ]όπο[υς] καὶ τ[οὺς
χρόνους ἀ[να]γράψας Ἀπολ-
λόδωρος

quem locum olim Usener mecum communicavit. ἀρχήν supplevi. Cf. col. XVIII

Digitized by Google